

suspiciantur, ita ut concessâ uni familiæ principali prerogativâ cœtera libertatem integram & publici consilij societatem pactæ fuerint. Civitates item suum tum temporis fecisse & ne à publico excluderentur, satagisse dubium non est, imo fieri potuit, quod Principes suorum auxilio indigentes, eos ad consilium vocaverint, ut scilicet ad sociandas suas Principi vires promptiores essent, si proprio hoc voto approbaverint, quasi Imperio Principis juncti fuerint. Quod sic ab initio forsan liberum & rarius usurpatum fuit, postea in juris verum necessitatem & ad omnia ardua & Rempubl. concernentia productum. Principibus utilitate rei motis, eos semper vocantibus, vel consilia sibi ab illis ultro offerri permittentibus. Prælatorum Collegium non longè post ejuratum paganismum initium sumsisse è Ducis Casimiri I. A. C. 1175 datâ confirmatione & promissa conservatione ejus Collegii apparet, quam vide *supra pag. 153. Dav. MEVIUS in Tr. de Statu Pomeraniae & precipuè de jurib. ordinum cap. 5. Matthias MÖLLERUS de Feudis Pomeran. in Pref.*

Ibid, lin. 9. *Bellorum, pactorum, aliorumq.* &c. Quid circa hæc negotia in Pomeraniâ ab antiquo obtineat, videantur communia patriæ nostræ Privilegia, nempe Ottonis, Erici, Erici & Wartislai & Bogislai Ducum Pomer. in confirmatione Privilegiorum à gloriosissimo Imperatore Romanorum Ferdinando II, felicissimæ recordationis A. C. 1623 die 28. Julij allegata, nec non confirmatio J. Vier Fürsten und unsere Erben &c. Add. Land-Tages Abschied de A. C. 1459 Rugenwaldiæ, Vergleich zwischen Hrn. Marggraffen Hannsen/Churfürsten zu Brandenburg/ und Hrn. Herzog Bugislassen zu Pommern A. C. 1493 Regiomonti, Pacta inter Regem Poloniæ Sigismundum, & Duces Pomeraniæ Georgium & Philippum A. C. 1525 consensu Statuum inita. Land-Tages Abschied de dato Wollin d. 23. Maji A. C. 1569 J. Vier Fürsten/ die Gebrüdere &c. Quam gratiose & perclementer Serenissimus modernus Elector, ut Pomeraniæ Dux se declaraverit, apparet è verbis Land-Tages Abschiedes zu Stargard ab A. C. 1654. d. 11. Julii, J. Dagegen haben wir ihnen &c. Vid. David MEVIUS d. Tr. cap. 5. 6. & 10. & novissimè Matthias MÖLLERUS de Feud. Pomer. in Prefat. ad Lect. ubi